



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum angelus bonus vel malus possit peccare venialiter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

Loco citato
in arg. in c.
restitit nunc.

¶ 3. Præter. Sicut Ansel. in eodem lib. dicit. Sic homo factus est, vt concupiscentiã sentire non deberet. Istud aut̃ debitũ vñ homini esse remissum p̃ gratiã baptismalem, quã infideles non habent. ergo quã do enim que infidelis concupiscit, etiã si non consentiat, facit contra debitum. ergo peccat mortaliter.

SED CONTRA. In actu peccati plus peccat christianus q̃ infidelis, ceteris paribus, vt patet per id, quod Apost. ad Heb. 10. dicit. Quãto putatis deteriora mereri supplicia eum, qui Christũ conculcauerit &c. sed christianus concupiscens si non consentiat, nõ peccat mortaliter. ergo multo minus infidelis.

1. a. q. 98 art.
5. in cor.

RESPON. Dicendum, q̃ quidam posuerunt in infidelitatis motu sensum concupiscentiã esse peccata mortalia: sed hoc esse non potest. Motus n. sensus litatis cõsiderari potest dupliciter. Vno modo, sicut se, & sic patet q̃ nõ potest esse peccatum mortale, q̃a peccatum mortale est per auersionem ab ultimo fine, & per contemptum præcepti Dei: sensus autem non est capax diuini præcepti, nec potest attingere ad vltimum finem. vnde motus eius secundũ se cõsideratus, nullo modo potest esse peccatũ mortale.

Alio modo, potest considerari secundum suum principium, quod est peccatũ originale. & hoc modo non potest plus habere de ratione peccati, q̃ peccatum originale habet: quia effectus in quãtum homini nõ potest esse potior sua causa, peccatũ autem originale infidelitatis quidem est, & secundum culpam, & secundum penam: infidelitatis autem remanet quidem pena, sed auferitur culpa. vt supra dictum est, cũ de originali disputaret. & pp hoc motus sensus litatis infidelitatis est quidem peccatum veniale secundum quod est actus personalis, sed secundum quod oritur ex originali non pertinet ad damnationem culpabilem; sed solum ad quandam penalitatem. In infidelitatis autem secundum quod est actus personalis est similiter peccatum veniale: sed in quantum deriuatur a peccato originali habet aliquã damnationis culpabilis, non quidem secundum rationem peccati actualis mortalis: sed secundum rationem damnationis, quã competit originali peccato.

Ar. 1. in cor.
pare.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̃ hi qui non sunt Christo, sentientes carnem, consequuntur damnationem debitam originali peccato: non autem debitã mortali.

AD SECUNDUM dicendum, q̃ Apost. intendit concludere cum dicit. Nihil ergo damnationis &c. q̃ rebellio fomitis est absque damnatione originalis in his, qui sunt in Christo Iesu. Ex quo potest haberi, quod in his qui non sunt consecuti gratiã Christi Iesu, sit fomes peccati simul cum culpa originali.

AD TERTIUM dicendũ, q̃ illud debitum non sentiendi carnem, est debitum habendi originale iustitiam. Ex quo sequitur quod non habens eam, vel aliquid loco eius, sicut gratiam baptismalẽ, habeat peccatum originale: non autem quod habeat in quolibet suo motu peccatum mortale.

ARTICVLVS IX.

Vtrum angelus bonus vel malus possit peccare venialiter.

Homil. 29.
in euangel.
paulo a principio.

NONO queritur, vtrum angelus bonus vel malus possit peccare venialiter. & videtur q̃ sic, quia ut Grego. dicit in Homil. Ascensionis, Hõ conuenit cum angelo in buantem intelligit: sed peccatũ veniale potest esse in homine etiã secundum partẽ intellectiã, & secundum rationem superiorẽ &

inferiorem, vt supra dictum est. ergo partem peccatum veniale potest esse in angelo.

¶ 2. Præter. Peccatum mortale consistit in hoc, quod diligit aliquis creaturam plus quã Deum in peccato autẽ veniali diligitur aliquid minus quã Deus: sed angelus potuit magis diligere creaturam quã Deum, quia peccauit mortaliter. ergo etiã potest peccare venialiter, diligendo creaturam minus quã Deum: quia qui potest magis diligere, potest etiam minus diligere.

¶ 3. Præter. Peccatũ mortale in infinitum distat a veniali quod patet ex differeñtia penarũ, q̃a vni debetur pena temporalis, alteri pena æterna: sed angelus distat in infinitum ab homine. Cum ergo angeli motus & demones dicuntur, faciãt interdum aliqua quãdam minibus sunt venialia, puta, cum ipsi sumer dicuntur: quia verba oriosa, vel ad ea dicenda alios inuadunt: videtur q̃ in angelis non sint mortalia: sed venialia.

¶ 4. Præter. Peccatũ quod est ex suo genere veniale non sit mortale, nisi ex aliquo cõtempu: sed demones quandoq; inducunt ad aliqua quã sunt ex suo genere venialia, & sicut ipsi quandoque dicuntur, mouentur hoc ex contemptu Dei, neque vt inducat homines ad peccatũ mortale. ergo peccant venialiter.

SED CONTRA. Peccatum veniale maxime cõtingit ex surreptione: sed surreptio in angelis bonis non habet locum non habet, quia habet intellectũ boni formem, vt Dionysius dicit. ergo in angelis bonis mortalis non potest esse peccatum veniale.

RESPON. Dicendum, q̃ in angelo bono vel malo peccatũ veniale esse non potest. ratio est, quia angelus nõ habet intellectũ discursiũ, sicut nos habemus: hoc autem pertinet ad rationem intellectus discursiui, vt principia deorsum interdum cõsiderat, & conclusiones seorsum. & sic contingit q̃ ad vnum in aliorum discursat, nunc hoc, nunc illud cõsiderat: hoc autem in intellectu deiformi nõ discursus esse potest: sed semper conclusiones cõsiderat in illis principijs absque omni discursu. Dicitur est autem q̃ se habet finis ad ea, quã sunt ad finem in appetitibus & operatiuis, sicut se habet principij in demonstrabile ad conclusiones in demonstratiuis: vnde nobis contingit quandoq; q̃ cogitamus, vel demonstratur circa ea q̃ sunt ad finem tantum, & quãdam solum circa finem. quod in angelis esse nõ potest semper motus mentis angelicæ simul fertur in ea & in ea q̃ sunt ad finem. vnde numquã in eis potest esse deordinatio circa ea, q̃ sunt ad finem: nisi in existente deordinatione circa finem ipsũ. In his autem contingit esse deordinationem circa quã sunt ad finem per peccatum veniale, inordinatio habitualiter existẽte fixa in fine. & idem in minibus cõtingit esse peccatum veniale sine mortali, non autẽ in angelis: sed omnis inordinatio in eis per auersionem a fine vltimo, quod facit peccatũ mortale. Ex hoc nõ angelus peccat, quãntum alicui bono creato, auertendo se a bono creato.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̃ cum ego quidem communicamus secundũ intellectum in genere. Est tamen secundum speciem magis instantia, quia intellectus angeli est deiformis: peccatum autem intellectus est discursiuis, vt dictum est.

AD SECUNDUM dicendũ, q̃ angelus nõ est compositus, sicut hõ, q̃ ex natura sensibili & corpore inducitur ad amãdũ aliqd qd non debet. vel quod non debet: angelus autẽ ex hoc peccare potest quãntum sibi conueniens amat, non referendo ad Deum quã

quod est a Deo auerti & mortaliter peccare. unde non potest inordinate amare aliquid, nisi per auersionem a Deo.

AD TERTIUM dicendum, quod in omnibus actibus suis uoluntariis, diabolus mortaliter peccat: quia semper actus liberi arbitrii in ipso procedunt ex intentione finis peruersi.

AD QUARTUM dicendum, quod per hoc ipsum, quod inducit hoies ad ludicra uerba, habet peruersam intentionem inducendi eos ad peccatum mortale, & hoc ipsum quod est hinc familiaritatem cum ipso, homini imputatur ad peccatum, in tantum quod nec etiam ueritatem ab eo requirere debemus, ut Chrysostomus dicit. unde & Dominus cum uera confitentem de sua deitate prohibuit: sicut habetur Marci. 1. & Luca 4. Nec est uerbum diaboli credendum, quia mendax est & mendacii pater, ut dicitur Ioan. 8.

ARTICVLVS X.

Utrum peccatum ueniale sine charitate puniatur pena aeterna.

DECI MO queritur, utrum peccatum ueniale sine charitate puniatur pena aeterna, & uideatur quod non. Remota enim causa remouetur effectus; sed causa quare peccatum mortale puniatur morte aeterna est, quia perimit bonum aeternum. Dicit enim Augustinus. 21. de ciuit. Dei, quod homo factus est malo dignus aeterno, quia in se perimit bonum quod poterat esse aeternum: hoc autem ueniale non facit, ergo peccatum ueniale mortali peccato coniunctum, non puniatur pena aeterna.

¶ 2. Præterea. Sicut dicitur Deut. 25. Pro mensura delicti erit & plagatum modus. sed peccatum ueniale non fit maius ex eo, quod adiungitur mortali, ergo non puniatur maiori pena, sed quando est sine peccato mortali in habente charitatem, non puniatur pena aeterna, ergo neque mortali adiunctum pena aeterna, puniatur, sed dicendum, quod peccatum ueniale in eo, qui deccedit sine charitate aggrauatur ex adiunctione peccati mortalis, propter circumstantiam finalis impenitentiae.

¶ 3. Sed contra, finalis impenitentia, secundum Augustinum in libro de uerbis Domini, est peccatum in spiritum sanctum. Si ergo aggrauatur ratione finalis impenitentiae, fiet peccatum in spiritum sanctum, & sic iam non erit ueniale, sed mortale.

¶ 4. Præterea. Potest contingere etiam in eo, qui est in charitate, quod non penitet ante mortem de aliquo ueniali commisso: nec puniatur pro peccato ueniali pena aeterna. Non ergo finalis impenitentia tantum aggrauat ueniale peccatum mortali adiunctum, ut faciat ipsum dignum pena aeterna.

¶ 5. Præterea. Quanto aliquis est in maiori statu, tanto unum & idem peccatum uidetur sibi esse grauius: sed in maiori statu est ille qui habet charitatem, quam ille qui est in peccato mortali, ergo peccatum ueniale est in eo grauius.

¶ 6. Præterea. Contingit quique, quod aliquis in peccato mortali moriens, penitet de aliquo ueniali commisso, mutans in hac uita uoluntatem suam quam habuerat de peccando uenialiter: sed in eadem uoluntate remanet anima in qua de hoc corpore exit, ergo non erit in eo qui sic deccedit peccatum ueniale post mortem, non ergo pro eo aeternaliter puniatur.

¶ 7. Præterea. Semper Deus punit citra eodignum, uel etiam in Psal. dicitur, quod non continet in ira misericordias suas, sed penam uenialis peccati Deus in futuro non mitigat quantum ad acerbitatem, quia pena purgatorij est maior qualibet pena praesenti, ut Augustinus dicit, &

A multo magis pena inferni, ergo mitigat eam quantum ad durationem. Non ergo peccatum ueniale mortali coniunctum aeternaliter puniatur.

¶ 8. Præterea. Sicut peccatum mortale est sine gratia, ita peccatum originale: sed peccatum ueniale originali coniunctum non puniatur aeternaliter. Non puniatur in limbo puerorum, quia ibi non est pena sensus: nec in inferno damnatorum, quia ibi puniatur solum peccatum mortale: in purgatorio autem non puniatur aliquis aeternaliter, ergo nec etiam ueniale coniunctum mortali aeternaliter puniatur. Sed diceretur, quod peccatum ueniale non potest coniunctum mortali, nisi simul adsit peccatum mortale: quia ante usum rationis homo non potest peccare uenialiter, post usum uero rationis habitum, est in statu mortalis peccati: nisi conuertatur ad Deum: & si conuertatur ad Deum, iam habebit gratiam originale peccatum delentem.

¶ 9. Sed contra, quod actu aliquis conuertatur ad Deum cadit sub praecocepto affirmatio: praecocepta autem affirmatiua etiam obligent semper, non tamen obligant ad semper. Non ergo statim peccat mortaliter si non conuertatur actu ad Deum, statim habito usu rationis: potest autem tunc peccare uenialiter, ergo potest esse peccatum ueniale cum originali siue mortali.

¶ 10. Præterea. Pena peccati mortalis proportionata est pena peccati uenialis, quantum ad acerbitatem: quia utriusque acerbitas est finita, omne autem finitum est proportionale cuilibet finito. Si ergo peccato ueniali quod est coniunctum mortali debetur pena aeterna, sicut & mortali: non erit differentia penarum, nisi secundum acerbitatem. In aliqua ergo proportionem pena peccati mortalis, excedit penam peccati uenialis. Tot ergo poterit multiplicari peccata uenialia, quot merebuntur penam aequalem uni peccato mortali: hoc autem est falsum, quia ex multis uenialibus non fit unum mortale, ut supra dictum est, ergo & primum ex quo sequitur, scilicet quod peccatum ueniale coniunctum mortali puniatur pena aeterna.

SED CONTRA, Quod pena peccatorum uenialium terminetur, hoc est merito fundamenti, ut patet per Apostolum. 1. ad Corin. 3. Quod quidem fundamentum est fides formata, ut Augustinus dicit 21. de ciuit. Dei, & in libro de fide & operibus: hoc autem fundamentum non est in eo, qui cum mortali peccato deccedit, ergo pena uenialium non terminabitur in ipso.

RESPON. Dicendum, quod ea ratione culpae debetur pena, quia culpa ordinatur per penam: homo enim peccando propria uoluntate diuinae iustitiae ordinem perturbat. Qui quidem modo reparatur per hoc, quod fit de hoste iustitia, dum contra suam uoluntatem puniatur secundum Dei uoluntatem. Respondet autem perpetua pena peccato mortali secundum ordinem diuinae iustitiae, & ex ipsa specie peccati, & ex inharentia ipsius ad subiectum. Ex specie quidem peccati, quia peccatum mortale est directe contra charitatem Dei & proximi, per quam peccati pena remittitur. Qui autem contra aliquid peccat, ex hoc ipso meretur eius beneficio priuari. Sicut in rebus humanis quod contra rem publicam peccant, hoc ipso in perpetuum societate reipublicae priuantur, uel perpetuo exilio, uel etiam morte. In qua sicut Augustinus dicit 21. de ciuit. Dei, non praesatur pena temporis qua quisque occiditur: sed potius quod per mortem in aeternum ciuitatis beneficio priuatur, quibus culpa commissa forte fuerit momentanea, aut breui tempore perpetrata. unde & ille qui mortaliter peccat in quantum contra charitatem peccat, hoc meretur

Ar. 3. huius quæst.

Li. 1. de ciuit. Dei, cap. 26. tom. 4. De fide & operibus, 6. 6. tom. 4.

Li. 21. c. 18. 2. med. tom. 5.